Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Straßburger Formularbuch - Cod. St. Blasien 98

[Straßburg], [um 1450-1470]

Albertanus Causidicus Brixiensis, De arte dicendi et tacendi, Anfang: "Quoniam in dicendo multi errant ..."

urn:nbn:de:bsz:31-53538

Visual Library

Quoniam in dicendo multi errant nec est aliquis
qui linguam ad plenum valeat domare beato Jacobo testante
qui dicit Natura bestiarum et serpentium ac volucrum et ceterorum
domantur a natura humana domita sunt linguam autem nullus nemo
domare potest Ideo ego Albertanus brevem doctrinam super
dicendo atque tacendo uno versiculo comprehensam tibi filio meo Stephano
tradere curavi versiculus autem hic est Quis quid cui dicas cur quomodo
quando requiras Verum quia verba in hoc versiculo comprehensa
ponderosa sunt et generalia et generalitas parit obscuritatem Ideo ista
exponere ac pro modulo meae scientie licet non ad plenum possim dilucidare
Tu igitur fili carissime cum loqui desideras a te met ipso incipere
debes ad exempla galli qui antequam cantet cum alis ter se percutit
In principio itaque dicti tui antequam antequam spiritus ad os tuum verba
producat te ipsum et omnia verba in hoc versiculo posita requiras idest
inquiras te ipsum a te ipso non solum queras sed iterum queras
sic etiam repetendo dicitur quis hoc est iterum petere in requirendo dicas
quis quasi iterum appetens Expositio super hac sillaba quis Requiras
ergo in animo tuo a te ipso quis es qui dicere vis verum dicendo aliud
ad te non pertineat illo dicto te immiscere non debes Sicut enim
philosophus culpa est immiscere rei ad se non pertinenti et dicit regula iuris
in culpa est dicere quod ad se non pertineat Unde Salomon in proverbiis
dicit Sicut qui apprehendit auribus canem sic qui transit et impatiens
commiscetur alterius Et Jhesus Sirac dicit dixit de ea re que te non molestat
ne certeris Quando requiras te ipsum et a te ipso utrum in plano
et recto statu permaneat animus vel ita aliqua perturbacione ad motum consistit
Nam si turbatus est animus tuus a locucione cessare debes et motum
animi cohibere ira durante Sicut enim turbatus est cor
hic motus animi turbacionis et appeticionis obediunt officio racioni
et ideo tunc tacere debes michi quia ut ait Seneca iratus nichil
nisi criminis loquitur Quare et Catho dixit de re incerta
contendere noli ira impedit etc.